

- 7 utrum habere aliquid in communi diminuat de perfectione religionis.
- 8 utrum religio solitariorum sit præferenda religioni in societate viventium.

QUÆSTIO CLXXXIX.

De ingressu religionis.

- 1 utrum illi qui non sunt exercitati in observantia præceptorum, debeant religionem ingredi.
- 2 utrum liceat aliquos voto obligare ad religionis ingressum.
- 3 utrum illi qui voto obligantur ad religionis ingressum, teneantur votum implere.

- 4 utrum illi qui vovent religionem intrare, teneantur ibi perpetuo remanere.
- 5 utrum pueri sint recipiendi in religionem.
- 6 utrum propter parentum obsequium aliqui debeant retrahi à religionis ingressu.
- 7 utrum presbyteri curati, vel archidiaconi possint ad religionem transire.
- 8 utrum de una religione possit aliquis transire ad aliam.
- 9 utrum aliquis debeat alios inducere ad religionis ingressum.
- 10 utrum requiratur magna deliberatio cum consanguineis, & amicis ad religionis ingressum.

FINIS.



DIVI
THOMÆ
AQUINATIS
DOCTORIS ANGELICI
SUMMÆ THEOLOGICÆ SECUNDA SECUNDÆ.

QUÆSTIO CL

De pietate.

in quatuor articulos divisa.

Deinde post religionem considerandum est de pietate; cujus opposita vitia ex ipsius consideratione innoscunt.

Circa pietatem ergo quaruntur quatuor. Primo, ad quos pietas se extendat. Secundo, quid per pietatem aliquibus exhibeatur.

Tertio, utrum pietas sit specialis virtus. Quarto, utrum religionis obtentu sit pietatis officium prætermittendum.

ARTICULUS I. 535

Utrum pietas se extendat ad determinatas personas aliquorum hominum.

III. dist. xxxiiii. quæst. 111. art. 4. quæst. 1. cor. 2. & 1. Timoth. 1v.

AD primum sic proceditur. Videtur quod pietas non se extendat ad determinatas personas aliquorum hominum. Dicit enim Augustinus in X. de civit. Dei (cap. 1. à S. Th. Op. Tom. IV.

med.) quod pietas proprie Dei cultus intelligi solet, quam Græci *eusebian* vocant. Sed Dei cultus non dicitur per comparisonem ad homines, sed solum ad Deum. Ergo pietas non se extendit determinate ad aliquas hominum personas.

2. Præterea, Gregorius dicit in I. Moral. (cap. xv. cir. med.) *Pietas in die suo convivium exhibet, quia coram cetera misericordie operibus reperit.* Sed opera misericordie sunt omnibus exhibenda: ut patet per Augustinum in I. de doct. christi (cap. xxx.) Ergo pietas non se extendit determinate ad aliquas speciales personas.

3. Præterea, Multæ sunt aliæ in humanis rebus communicationes præter consanguineorum, & convivium communicationem, ut patet per Philosophum in VIII. Ethicor. (cap. xi. & xii.) & super quamlibet eorum aliqua amicitia fundatur, quæ videtur esse pietatis virtus, ut dicit Glossa (interl.) II. ad Timoth. 111. super illud, *Habentes quidem speciem pietatis.* Ergo non solum ad consanguineos, & concives pietas se extendit.

Sed contra est quod Tullius dicit in sua Rhetor. (Lib. II. de inventa. aliquant. ante fin.) quod *pietas est per quam sanguine junctis, patriæque benevolis officium, & diligens tribuatur cultus.*

Respondeo dicendum, quod homo est

A C

ciur diversimode aliis debitor, secundum eorum diversam excellentiam, & diversa beneficia ab eis suscepta. In utroque autem Deus summum obtinet locum; qui & excellentissimus est, & est nobis essendi, & gubernationis primum principium: secundario vero nostri esse, & gubernationis principia sunt parentes, & patria, à quibus, & in qua nati, & nutriti sumus. Et ideo post Deum est homo maxime debitor parentibus, & patriæ. Unde sicut ad religionem pertinet cultum Deo exhibere, ita secundario gradu ad pietatem pertinet exhibere cultum parentibus, & patriæ.

In cultu autem parentum includitur cultus omnium consanguineorum: quia etiam consanguinei ex hoc dicuntur, quod ex eisdem parentibus processerunt, ut pater per Philosophum in VIII. Ethicor. (cap. xii. ante med.) In cultu autem patriæ intelligitur cultus omnium concivium, & omnium patriæ amicorum. Et ideo ad hos pietas principaliter se extendit.

Ad primum ergo dicendum, quod in majori includitur minus. Et ideo cultus qui Deo debetur, includit in se, sicut aliquid particulare, cultum qui debetur parentibus: unde dicitur Malach. 1. 6. *Si ego pater, ubi est honor meus?* Et ideo nomen pietatis etiam ad divinum cultum refertur.

Ad secundum dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in X. de civ. Dei (cap. 1. à med.) *inter ubique nomen pietatis etiam in operibus misericordie frequentatur: quod ideo arbitror evenisse, quia hoc fieri precipue mandat Deus que sibi pro sacrificiis placere voluntur; ex qua consuetudine factum est ut & Deus ipse pius dicatur.*

Ad tertium dicendum, quod communicationes consanguineorum, & concivium magis referuntur ad principia nostri esse, quam alie communicationes: & ideo ad has nomen pietatis magis extenditur.

ARTICULUS II.

536

Utrum pietas exhibeat parentibus sustentationem.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod pietas non exhibeat parentibus sustentationem. Ad pietatem enim videtur pertinere illud præceptum Decalogi, *Honora patrem tuum & matrem tuam.* Sed ibi non præcipitur nisi honoris exhibitio. Ergo ad pietatem non pertinet sustentationem parentibus exhibere.

2. Præterea. Illis homo debet thesaurizare quos tenetur sustentare. Sed secundum Apóstolum, ut habetur II. ad Corinth. xii. 14. *illi non debent thesaurizare parentibus.* Ergo non tenentur eos per pietatem sustentare.

3. Præterea. Pietas non solum extendit se

ad parentes, sed etiam ad alios consanguineos, & concives, ut dictum est (art. præc.) Sed non tenetur aliquis omnes consanguineos, & concives sustentare. Ergo nec etiam tenetur ad sustentationem parentum.

Sed contra est quod Dominus Matth. xv. redarguit Phariseos, quod impediabant filios ne parentibus sustentationem exhiberent.

Respondeo dicendum, quod parentibus, & concivibus aliquid debetur dupliciter: uno modo per se; alio modo per accidens. Per se quidem debetur eis id quod decet patrem, in quantum pater est: qui cum sit superior, quasi principium filii existens, debetur ei à filio reverentia, & obsequium.

Per accidens autem aliquid debetur patri, quod decet eum accipere secundum aliquid quod ei accidit: puta si sit infirmus, quod visitetur, & ejus curationi intendatur; si sit pauper, quod sustentetur; & sic de aliis huiusmodi, quæ omnia sub debito obsequio continentur. Et ideo Tullius dicit (Lib. II. de invent. aliquant. ante fin.) quod *pietas exhibet officium, & cultum; ut officium referatur ad obsequium, cultus vero ad reverentiam, sive honorem: quia, ut dicit Augustinus in X. de civit. Dei (cap. 1. circ. med.) dicimus colere homines, quos honorifica vel recordatione, vel presentia frequentamus.*

Ad primum ergo dicendum, quod in honoratione parentum intelligitur omnis subventio quæ debet parentibus exhiberi, ut Dominus interpretatur Matth. xv. & hoc ideo, quia subventio fit patri ex debito, tamquam majori.

Ad secundum dicendum, quod quia pater habet rationem principii, filius autem habet rationem à principio existentis; ideo per se patri convenit ut subveniat filio: & propter hoc non solum ad horam debet ei subvenire, sed ad totam suam vitam; quod est thesaurizare. Sed quod filius aliquid conferat patri, hoc est per accidens ratione necessitatis instantis, in qua tenetur ei subvenire, non autem thesaurizare quasi in longinquum: quia naturaliter non parentes filiorum, sed filii parentum sunt successores.

Ad tertium dicendum, quod cultus, & officium, ut Tullius dicit (loc. sup. cit.) debetur omnibus sanguine iunctis, & patriæ benevolis; non tamen æqualiter omnibus, sed præcipue parentibus, aliis autem secundum propriam facultatem, & decentiam personarum.

ARTICULUS III. 537

Utrum pietas sit specialis virtus ab aliis distincta.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod pietas non sit specialis virtus ab aliis distincta. Exhibere enim obsequium, & cultum aliquibus ex amore procedit. Sed hoc pertinet ad pietatem. Ergo pietas non est virtus à caritate distincta.

2. Præterea. Cultum Deo exhibere est proprium religionis. Sed etiam pietas exhibet cultum Deo, ut dicit Augustinus X. de civit. Dei (cap. 1. à med.) Ergo pietas non distinguitur à religione.

3. Præterea. Pietas quæ exhibet cultum, & officium patriæ, videtur esse idem cum iustitia legali, quæ respicit bonum commune. Sed iustitia legalis est virtus generalis, ut patet per Philosophum in V. Ethicor. (cap. 1. & 11.) Ergo pietas non est virtus specialis.

Sed contra est quod ponitur à Tullio pars iustitiæ (Lib. II. de invent. aliquant. ante fi.)

Respondeo dicendum, quod aliqua virtus specialis est ex hoc quod respicit aliquod obiectum secundum aliquam specialem rationem. Cum autem ad rationem iustitiæ pertineat quod debitum alii reddat, ubi invenitur specialis ratio debiti alicui personæ, ibi est specialis virtus. Debetur autem aliquid alicui specialiter, quia est connaturale principium producens in esse & gubernans. Hoc autem principium respicit pietas, in quantum parentibus, & patriæ, & his qui ad hæc ordinantur, officium & cultum impendit.

Et ideo pietas est specialis virtus.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut religio est quedam protestatio fidei, spei, & caritatis, quibus homo primordialiter ordinatur in Deum, ita etiam pietas est quedam protestatio caritatis, quam quis habet ad parentes, & ad patriam.

Ad secundum dicendum, quod Deus longe excellentiori modo est principium essendi, & gubernationis, quam pater, vel patria. Et ideo alia virtus est religio, quæ cultum Deo exhibet, à pietate, quæ exhibet cultum parentibus, & patriæ. Sed et quæ sunt creaturarum, per quamdam super excellentiam, & causalitatem transferuntur in Deum, ut Dionysius dicit in Lib. de div. Nom. (cap. 1. lect. 3.) unde per excellentiam pietas cultus Dei nominatur, sicut & Deus excellenter dicitur *pater noster.*

Ad tertium dicendum, quod pietas se extendit ad patriam, secundum quod est nobis quoddam essendi principium; sed iustitia

8. Th. Op. Tom. IV.

AR

legalis respicit bonum patriæ, secundum quod est bonum commune: & ideo iustitia legalis magis habet quod sit virtus generalis quam pietas.

ARTICULUS IV. 538

Utrum, occasione religionis, sint prætermittenda pietatis officia in parentibus.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod occasione religionis sint prætermittenda pietatis officia in parentibus. Dicit enim Dominus Luc. xiv. 26. *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, ad huc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus.* Unde & in laudem Jacobi, & Joannis Matth. 19. 22. dicitur, quod *relinxit retibus, & patrem, secuti sunt Christum: & in laudem Levitarum dicitur Deuter. xxxi. 11. 9. Qui dixit patri suo, & matri sue. Nescio vos: & fratribus suis. Ignoro vos, & nescierunt filios suos; hi custodierunt eloquium tuum.* Sed ignorando parentes, & alios consanguineos, vel etiam odendo eos, necesse est quod prætermittantur pietatis officia. Ergo propter religionem officia pietatis sunt prætermittenda.

2. Præterea. Matth. vi. 11. 22. & Luc. ix. 58. dicitur, quod Dominus dicens sibi: *Permitte me primum ire, & sepelire patrem meum, respondit: Sine ut mortui sepeliatur mortuus suos. Tu autem vade, & annuntia regnum Dei:* quod pertinet ad religionem; sepultura autem patris pertinet ad pietatis officium. Ergo pietatis officium est prætermittendum propter religionem.

3. Præterea. Deus per excellentiam dicitur *pater noster.* Sed sicut per pietatis obsequia colimus parentes, ita per religionem colimus Deum. Ergo prætermittenda sunt pietatis obsequia propter religionis cultum.

4. Præterea. Religiosi tenentur ex voto, quod transgredi non licet, suæ religionis observantiam implere, secundum quas suis parentibus subvenire impediuntur: tum propter paupertatem, quia proprio carent: tum etiam propter obedientiam, quia sine licentia suorum prælatorum eis elastrum exire non licet. Ergo propter religionem prætermittenda sunt pietatis officia in parentes.

Sed contra est quod Dominus Matth. xv. redarguit Phariseos, qui intuitu religionis honorem parentibus debitum subtrahere dicebant.

Respondeo dicendum, quod religio, & pietas sunt due virtutes. Nulla autem virtus alii virtuti contrariatur, aut repugnat: quia secundum Philosophum in Prædicamentis (in cap. de oppos.) *bonum non est bono contrarium.* Unde non potest esse quod pietas, & religio se mutuo impediatur, ut propter actum

A 2

unius

se idem esse videtur cultus, & honor. Inconveniente ergo determinatur quod observantia exhibet in dignitate constitutus cultum, & honorem.

2. Præterea. Ad justitiam pertinet reddere debitum: unde & ad observantiam, quæ ponitur justitiæ pars, pertinet. Sed cultum, & honorem non debemus omnibus in dignitate constitutis, sed solum his qui super nos prælationem habent. Ergo inconveniente determinatur quod eis observantia exhibeat cultum, & honorem.

3. Præterea. Superioribus nostris in dignitate constitutis non solum debemus honorem sed etiam timorem, & aliquam ministerii largitionem, secundum illud ad Rom. xiiii. 7. *Reddite omnibus quæ sunt, cui tributum, tributum; cui vestigal, vestigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem;* debemus etiam eis reverentiam, & subjectionem, secundum illud Hebr. xiiii. 17. *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis.* Non ergo conveniente determinatur quod observantia exhibet cultum, & honorem.

Sed contra est quod Tullius dicit (Lib. II. de invent. aliqua. ante fin.) quod *observantia est per quam homines aliqua dignitate antecedentes quodam cultu, & honore dignantur.*

Respondeo dicendum, quod ad eos qui sunt in dignitate constituti, pertinet gubernare subditos. Gubernare autem est movere aliquos in debitum finem; sicut nauta gubernat navem, ducendo eam ad portum. Omne autem movens habet excellentiam quandam, & virtutem supra id quod movetur. Unde oportet quod in eo qui est in dignitate constitutus, primo consideretur excellentia status cum quadam potestate in subditos, secundo ipsum gubernationis officium.

Ratione igitur excellentiæ debetur ei honor, qui est quædam recognitio excellentiæ alicujus; ratione autem officii gubernationis debetur ei cultus, qui in quodam obsequio consistit, dum scilicet aliquis eorum obedit imperio, & vicem beneficiorum eorum pro suo modo rependit.

Ad primum ergo dicendum, quod in cultu non solum intelligitur honor, sed etiam quæcumque alia quæ pertinent ad decentes actus, quibus homo ad alium ordinatur.

Ad secundum dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. lxxx.) duplex est debitum. Unum quidem legale, ad quod reddendum homo lege compellitur: & sic debet homo honorem; & tantum his qui sunt in dignitate constituti, prælationem super ipsum habentes. Aliud autem est debitum morale, quod ex quadam honestate debetur: & hoc modo debemus cultum, & honorem his qui sunt in dignitate constituti, etiam si non sint eis subditi.

Ad tertium dicendum, quod excellentiæ eorum qui sunt in dignitate constituti, debetur honor ratione potestatis, quam habent ad concurrendum; officio vero gubernationis ipsorum debetur obedientia, per quam subditi moventur ad imperium præsentium; & tributa, quæ sunt quedam stipendia laboris ipsorum.

ARTICULUS III. 541

Utrum observantia sit potior virtus quam pietas.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod observantia sit potior virtus quam pietas. Princeps enim, cui cultus per observantiam exhibetur, comparatur ad patrem, qui pietate colitur, sicut universalis gubernator ad particularem: nam familia, quam pater gubernat, est pars civitatis, quæ gubernatur a principe. Sed universalis virtus potior est & magis ei inferiora subduntur. Ergo observantia est potior virtus quam pietas.

Præterea. Illi qui sunt in dignitate constituti, curam gerunt boni communis. Consequenter autem pertinent ad bonum privatum, quod est propter bonum commune contemnendum; unde laudabiliter aliqui pro bono communi periculis mortis se ipsos exponunt. Ergo observantia, per quam exhibetur cultus his qui sunt in dignitate constituti, est potior virtus quam pietas, quæ exhibet cultum personis sanguine iunctis.

Præterea. Honor, & reverentia maxime debetur virtuosus post Deum. Sed virtuosus exhibetur honor, & reverentia per observantiam virtutem, ut dictum est (art. 1. hujus quæst. ad 3.). Ergo observantia est precipua post religionem.

Sed contra est quod præcepta legis dantur de actibus virtutum. Immediatè autem post præcepta religionis, quæ pertinent ad primam tabulam, subditur præceptum de honoratione parentum, quod pertinet ad pietatem. Ergo pietas immediate sequitur religionem ordine dignitatis.

Respondeo dicendum, quod personis in dignitate constitutis potest aliquid exhiberi dupliciter. Uno modo in ordine ad bonum commune, puta cum aliquis eis servit in administratione republicæ: & hoc jam non pertinet ad observantiam, sed ad pietatem, quæ cultum exhibet non solum patri, sed etiam patriæ.

Alio modo exhibetur aliquid personis in dignitate constitutis pertinentibus specialiter ad personalem eorum utilitatem, vel gloriam: & hoc proprie pertinet ad observantiam, secundum quod a pietate distinguitur. Et ideo comparatio observantia ad pietatem

ARTICULUS I. 542

Utrum honor importet aliquid corporale.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod honor non importet aliquid corporale. Honor enim est exhibitio reverentia in testimonium virtutis, ut potest accipi à Philosopho in I. Eth. (cap. v.) Sed exhibitio reverentia est aliquid spirituale: revereri enim est actus timoris, ut supra habitum est (quæst. lxxx. art. 2. ad 1.) Ergo honor est aliquid spirituale.

Præterea. Secundum Philosophum in IV. Eth. (cap. 111. aliquant. à princ.) honor est præmium virtutis. Virtutis autem, quæ principaliter in spiritualibus consistit, præmium non est aliquid corporale, cum præmium sit potius merito. Ergo honor non consistit in corporalibus.

Præterea. Honor à laude distinguitur, & etiam à gloria. Sed laus, & gloria in exterioribus consistunt. Ergo honor consistit in interioribus, & spiritualibus.

Sed contra est, quod Hieronymus exponens illud I. ad Tim. v. *Qui bene præsumunt Presbyteri, duplici honore digni, habeantur &c.* dicit: (ep. ad Ageruch. inter princ. & med.), *Honor, non in præsentiarum vel pro elemosina, vel pro munere accipitur. Utrumque autem horum ad corporalia pertinet. Ergo honor in corporalibus consistit.*

Respondeo dicendum, quod honor testificationem quandam importat de excellentia alicujus. Unde homines qui volunt honorari, testimonium suæ excellentiæ querunt, ut per Philosophum patet in I. Eth. (cap. v.) & in VIII. (cap. viii.) Testimonium autem redditur vel coram Deo, vel coram hominibus. Coram Deo quidem, qui inspecit est cordium, testimonium conscientia sufficit & ideo honor quoad Deum potest consistere in solo interiori motu cordis, dum scilicet aliquis recogitat vel Dei excellentiam, vel etiam alterius hominis coram Deo.

Sed quoad homines aliquis non potest testimonium ferre nisi per aliqua signa exterioria vel verborum, puta cum aliquis ore pronuntiat excellentiam alicujus; vel factis, sicut inclinationibus, obviacionibus, & aliis hujusmodi; vel etiam exterioribus rebus, puta (a) in munerum oblatione, aut imaginum institutione, vel aliis hujusmodi. Et secundum hoc honor in signis exterioribus, & corporalibus consistit.

Ad primum ergo dicendum, quod reverentia non est idem quod honor. Sed ex una

par

patem necesse est quod attendatur secundum diversas habitudines diversarum personarum ad nos, quas respicit utraque virtus. Manifestum est autem quod personæ parentum, & eorum qui sunt nobis sanguine conjuncti, substantialius nobis conjunguntur quam personæ quæ sunt in dignitate constitutæ: magis enim ad substantiam pertinet generatio, & educatio, eujus principium est pater, quam exterior gubernatio, cujus principium sunt illi qui in dignitate constituntur. Et secundum hoc pietas observantia præminet, in quantum cultum reddit personis magis conjunctis, quibus magis obligatur.

Ad primum ergo dicendum, quod princeps comparatur ad patrem, sicut universalis virtus ad particularem, quantum ad exteriorem gubernationem, non autem quantum ad hoc quod pater est principium generationis: sic enim comparatur ad ipsum virtus divina, quæ est omnium productiva in esse.

Ad secundum dicendum, quod ex ea parte quæ personæ in dignitate constitutæ ordinantur ad bonum commune, non pertinet earum cultus ad observantiam, sed ad pietatem, ut dictum est (in corp. art.)

Ad tertium dicendum, quod exhibitio honoris, vel cultus non solum est proportionanda personæ, cui exhibetur secundum se consideratæ, sed etiam secundum quod ad exhibentes comparatur. Quamvis ergo virtuosus secundum se consideratus sit magis digni honore quam personæ parentum; tamen filii magis obligantur propter beneficia suscepta ab ipsis parentibus, & conjunctionem naturalem, ad exhibendum cultum, & honorem parentibus quam extraneis virtuosus.

QUÆSTIO CIII.

De dulia,

in quatuor articulos divisa.

Deinde considerandum est de partibus observantia: & primo de dulia, quæ exhibet honorem, & cetera ad hoc pertinentia personis superioribus; secundo de obedientia, per quam eorum obeditur imperio. Circa primum queruntur quatuor.

Primo, utrum honor sit aliquid spirituale, vel corporale.

Secundo, utrum honor debeat solis superioribus.

Tertio, utrum dulia, cujus est exhibere honorem, & cultum superioribus, sit specialis virtus à latria distincta.

Quarto, utrum per species distingatur.

(a) Ita communiter, Cod. Alc. n. in exteriorum (lege xeniorum) oblatione.

patte est primum motivum ad honorandum, inquantum scilicet aliquis ex reverentia quam habet ad aliquem, eum honorat; ex alia vero parte est honoris finis, inquantum scilicet aliquis ad hoc honoratur ut in reverentia habeatur ab aliis.

Ad secundum dicendum, quod sicut Philosophus ibidem dicit, honor non est sufficiens virtutis primum: sed nihil potest esse in humanis rebus; & corporalibus majus honore, inquantum scilicet ipsa corporales res sunt signa demonstrativa excellentis virtutis. Est autem debitum bono, & pulchro, ut manifestetur, secundum illud Matth. v. 15. *Neque accendat lucernam, & ponat eam sub modio; sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Et pro tanto primum virtutis dicitur honor.*

Ad tertium dicendum, quod laus distinguitur ab honore dupliciter. Uno modo quia laus consistit in solis signis verborum; honor autem in quibuscumque exterioribus signis: & secundum hoc laus in honore includitur. Alio modo quia per exhibitionem honoris testimonium redditum de excellentia bonitatis alicujus absolute; sed per laudem testimonium de bonitate alicujus in ordine ad finem; sicut laudamus bene operantem propter finem. Honor autem est etiam optimorum, quæ non ordinantur ad finem, sed jam sunt in fine, ut patet per Philosophum in I. Ethic. (cap. v.) Gloria autem est effectus honoris, & laudis: quia ex hoc quod testificamur de bonitate alicujus, clarificat bonitas ejus in notitia plurimorum: & hoc importat nomen gloriæ: nam gloria dicitur, quasi *clara*: unde ad Rom. ult. dicit quædam glossa Augustini (ord. III. cont. Maximin. cap. xiiii. à med.) quod *gloria est clara cum laude notitia.*

ARTICULUS II. 543

Utrum honor proprie debeat superioribus.

Ad Hebr. xi. 13. 3. princ.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod honor non proprie debeat superioribus. Angelus enim est superior quolibet homine viatore, secundum illud Matth. x. 11. *Qui minor est in regno caelorum, major est Joanne Baptista.* Sed Angelus prohibuit Joannem volentem se honorare, ut patet Apoc. ult. Ergo honor non debetur superioribus.

2. Præterea. Honor debetur alicui in testimonium virtutis, ut dictum est (art. præc. & quest. lxiiii. art. 3.) Sed quandoque contingit quod superiores non sunt virtuosus. Ergo eis non debetur honor, sicut nec demonibus, qui tamen superiores nobis sunt ordine naturæ.

3. Præterea. Apostolus dicit ad Rom. xii. 10. *Honore invicem provenientes: et I. Pet. ii. 17. Omnes honorate.* Sed hoc non esset servandum, si illis superioribus honor deberetur. Ergo honor non debetur proprie superioribus.

4. Præterea. Tobias i. 16. dicitur, quod Tobias habebat decem talenta ex his quibus erat honoratus à Rege: legitur etiam Hester. vi. 11. quod Assuerus honoravit Mardocheum, & coram eo fecit clamari: *Hic honore digni est quem Rex honorare voluerit.* Ergo honor etiam exhibetur inferioribus; & ita videtur quod honor non debetur proprie superioribus.

Sed contra est quod Philosophus dicit in I. Ethicor. (cap. xii. & Lib. IV. cap. 111.) quod honor debetur optimis.

Respondeo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. præc.) honor nihil aliud est quam quædam proteitatio de excellentia bonitatis alicujus. Potest autem alicujus excellentia considerari, non solum per comparationem ad honorantem, ut scilicet sit excellentior eo qui honorat, sed etiam secundum se, vel per comparationem ad aliquos alios: & secundum hoc honor semper debetur alicui propter aliquam excellentiam, vel superioritatem. Non enim oportet quod ille qui honoratur, sit excellentior honorante, sed forte quibusdam aliis, vel etiam ipso honorante quantum ad aliquid, & non simpliciter.

Ad primum ergo dicendum, quod Angelus prohibuit Joannem non à quacumque honoratione, sed ab honoratione adorationis latrice, quæ debetur Deo; vel etiam ab honoratione dulcie, ut offenderet ipsius Joannis dignitatem, qua per Christum erat Angelis adequatus secundum spem gloriæ filiorum Dei: & ideo volebat ab eo honorari tamquam superior.

Ad secundum dicendum, quod si prelati sint mali, non honorantur propter excellentiam propriæ virtutis, sed propter excellentiam dignitatis, secundum quam sunt Dei ministri: & etiam in eis honoratur tota communitas, cui præsunt. Dæmones autem sunt irrevocabiliter mali, & pro inimicis habendi magis quam honorandi.

Ad tertium dicendum, quod in quolibet invenitur aliquid ex quo potest aliquis eum superiorem reputare, secundum illud ad Philipp. ii. 3. *In humilitate superiores invicem arbitramini:* & secundum hoc etiam omnes se invicem debent honore prævenire.

Ad quartum dicendum, quod privatæ personæ interdum honorantur à Regibus, non quia sint eis superiores secundum ordinem dignitatis, sed propter aliquam excellentiam virtutis ipsarum: & secundum hoc honorati sunt Tobias, & Mardocheus à Regibus.

ARTICULUS III. 544

Utrum dulcia sit specialis virtus à latrice distincta.

III. dist. ix. quest. 11. art. 1. & Pal. xl. fin.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod dulcia non sit specialis virtus à latrice distincta. Quia super illud Pl. vii. *Domine Deus meus, in te speravi:* dicitur Glossa (inter.) „Domine omnium per potentiam, cui debetur dulcia: Deus per creationem, cui debetur latrice.“ Sed non est distincta virtus quæ ordinetur ad Deum, secundum quod est Dominus, & secundum quod est Deus. Ergo dulcia non est virtus distincta à latrice.

2. Præterea. Secundum Philosophum in VIII. Ethicor. (cap. viii. cir. princ.) *Amari simile est ei quod est honorari.* Sed eadem est virtus caritatis quæ amat Deum, & quæ amat proximum. Ergo dulcia, quæ honoratur proximis, non est alia virtus à latrice, quæ honoratur Deo.

3. Præterea. Idem est motus quo aliquis movetur in imaginem, & in rem cuius est imago. Sed per dulciam honoratur homo, inquantum est ad Dei imaginem factus: dicitur enim Sap. 11. 22. *de impiis, quod non judicaverunt bonitatem animarum sanctorum, quoniam Deus creavit hominem inextremabilem, & ad imaginem suam similitudinis fecit illum.* Ergo dulcia non est alia virtus à latrice, quæ honoratur Deo.

Sed contra est quod Augustinus dicit in X. de civit. Dei (cap. 11. cir. med.) quod *aliam est servitium quæ debetur hominibus, secundum quam præcipit Apostolus servos dominis suis subditos esse, quæ scilicet græce dulcia dicitur, alia vero latrice, quæ dicitur servitium præbens ad colendum Deum.*

Respondeo dicendum, quod secundum ea quæ supra dicta sunt (quest. ci. art. 3.) ubi est alia ratio debiti, ibi necesse est quod sit alia virtus, quæ debiti reddat. Alia autem ratio debetur servitium Deo, & homini; sicut & alia ratione dominium competit Deo, & homini: nam Deus plenarium, & principale dominium habet respectu totius, & cujuslibet creature, quæ totaliter ejus subijctur potestati; homo autem participat quamdam similitudinem divini dominii, secundum quod habet particularem potestatem super aliquem hominem, vel super aliquam creaturam.

Et ideo dulcia, quæ debitam servitutem exhibet homini dominantem, alia virtus est à latrice, quæ exhibet debitam servitutem divino dominio. Et est quædam observantia species: quia per observantiam honoramus qualemque personas dignitate præcellentes; per dulciam autem proprie sumptam servi dominos suos

& Thom. Op. Tom. IV.

veniantur; dulcia (dulcia) enim græce servitium dicitur.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut religio per excellentiam dicitur pietas, inquantum Deus est per excellentiam pater; ita etiam latrice per excellentiam dicitur dulcia, inquantum Deus excellentior est dominus. Non autem creatura participat potentiam creandi, ratione cujus Deo debetur latrice. Et ideo Glossa illa distinguit attribuens latriciam Deo secundum creationem, quæ creaturæ non communicatur; dulciam vero secundum dominium, quod creaturæ communicatur.

Ad secundum dicendum, quod ratio diligendi proximum Deus est: non enim per caritatem diligimus in proximo nisi Deum. Et ideo eadem caritas est quæ diligitur Deo, & proximus. Sunt tamen alia amicitia differentes à caritate secundum alias rationes quibus homines amantur. Et similiter cum sit alia ratio servitendi Deo, & homini, aut honorandi utrumque, non est eadem virtus latrice, & dulcia.

Ad tertium dicendum, quod motus qui est in imaginem, inquantum est imago, refertur in rem cuius est imago; non tamen omnis motus qui est in imaginem, refertur in eam, inquantum est imago: & ideo quandoque est alius motus specie in imaginem, & motus in rem. Sic ergo dicendum est, quod honor, vel subjectio dulcie respicit absolute quamdam hominis dignitatem: licet enim secundum illam dignitatem sit homo ad imaginem vel similitudinem Dei; non tamen semper homo, quando reverentiam alteri exhibet, refert hoc actu in Deum.

Vel dicendum, quod motus qui est in imaginem, quodammodo est in rem; non tamen motus qui est in rem, oportet quod sit in imaginem. Et ideo reverentia quæ exhibetur alicui, inquantum est imago Dei, redundat quodammodo in Deum. Alia tamen est reverentia quæ ipsi Deo exhibetur, quæ nullo modo pertinet ad ejus imaginem.

ARTICULUS IV. 545

Utrum dulcia habeat diversas species.

III. dist. ix. quest. 11. art. 2.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod dulcia habeat diversas species. Per dulciam enim exhibetur honor proximo. Diversa autem ratione honorantur diversi proximi, sicut Rex, pater, & magister, ut patet per Philosophum in IX. Ethic. (cap. 11.) Cum ergo diversa ratio objecti diversificet speciem virtutis, videtur quod dulcia dividatur in virtutes specie differentes.

2. Præterea. Medium differt specie ab extremis, sicut pallidum ab albo, & nigro. Sed hyperdulia videtur esse medium inter latrām, & duliām: exhibetur enim creaturis, quæ habent specialem affinitatem ad Deum, sicut B. Virgini, in quantum est mater Dei. Ergo videtur quod dulia sit species differentes, una quidem dulia simpliciter, alia vero hyperdulia.

3. Præterea. Sicut in creatura rationali invenitur imago Dei, ratione cujus honoratur; ita etiam in creatura irrationali invenitur vestigium Dei. Sed alia ratio similitudinis importatur in nomine imaginis, & in nomine vestigii. Ergo etiam oportet secundum hoc diversas species duliæ attendi: præsertim cum quibusdam irrationabilibus creaturis honor exhibetur; sicut signo sanctæ crucis, & aliis hujusmodi.

Sed contra est quod dulia contra latrām dividitur. Latrā autem non dividitur per diversas species. Ergo nec dulia.

Respondeo dicendum, quod dulia potest accipi dupliciter. Uno modo communiter, secundum quod exhibet reverentiam cuiuscumque homini ratione cuiuscumque excellentiæ: & sic continet sub se pietatem, & observantiam, & quamcumque hujusmodi virtutem, quæ homini reverentiam exhibet; & secundum hoc habebit partes specie diversas.

Alio modo potest sumi strictè, prout secundum eam, reverentiam exhibet servus domino: nam duliām servitus dicitur, ut dictum est, art. 3. huj. quest., & secundum hoc non dividitur in diversas species, sed est una species observantiz, quam Tullius ponit (Lib. II. de invent. aliquant. ante fin.) eo quod alia ratione servus, reveretur dominum, miles ducem, discipulus magistrum, & sic de aliis hujusmodi.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa procedit de dulia communiter sumpta.

Ad secundum dicendum, quod hyperdulia est potissima species duliæ communiter sumptæ: maxime enim reverentia debetur homini ex affinitate quam habet ad Deum.

Ad tertium dicendum, quod creature irrationali in se consideratæ non debetur ab homine aliqua subjectio, vel honor; quin potius omnis talis creatura est naturaliter homini subjecta. Quod autem crux Christi honoretur, hoc fit eodem honore quo Christus honoratur; sicut purpura Regis honoratur eodem honore quo Rex, ut Damascenus dicit in IV. Libro (orth. Fid. cap. 111.)

Respondeo dicendum, quod sicut actiones rerum naturalium procedunt ex potentis naturalibus, ita etiam operationes humanæ procedunt ex humana voluntate. Oportuit autem in rebus naturalibus ut superiora movent inferiora ad suas actiones per excellentiam natu-

De obedientia
in sex articulos divisā.

DEinde considerandum est de obedientia: & circa hoc queruntur sex.

Primo, utrum homo debeat obedire homini.

Secundo, utrum obedientia sit specialis virtus.

Tercio de comparatione ejus ad alias virtutes.

Quarto, utrum Deo sit in omnibus obediendum.

Quinto, utrum subditi suis prælati teneantur in omnibus obedire.

Sexto, utrum fideles teneantur secularibus potestatibus obedire.

ARTICULUS I.

Utrum homo teneatur alteri obedire.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod unus homo non teneatur alteri obedire. Non est enim aliquid faciendum contra institutionem divinam. Sed hoc habet divina institutio: ut homo suo consilio regatur, secundum illud Eccli. xv. 14. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui.* Ergo non tenetur unus homo alteri obedire.

2. Præterea. Si aliquis alicui teneretur obedire, oporteret quod haberet voluntatem præcipiētis tamquam regulam suæ actionis. Sed sola divina voluntas, quæ semper est recta, est regula humanæ actionis. Ergo non tenetur homo obedire nisi Deo.

3. Præterea. Servitia quanto sunt magis gratuita, tanto sunt magis accepta. Sed id quod homo ex debito facit, non est gratuitum. Si ergo homo teneretur ex debito aliis obedire in bonis operibus faciendis, ex hoc ipso redderetur minus acceptabile opus bonum quod ex obedientia fieret. Non ergo tenetur homo alteri obedire.

Sed contra est quod præcipitur ad Hebr. ult. 17. *Obedite præpositis vestris, sicut subiacere ei.*

Respondeo dicendum, quod sicut actiones rerum naturalium procedunt ex potentis naturalibus, ita etiam operationes humanæ procedunt ex humana voluntate. Oportuit autem in rebus naturalibus ut superiora movent inferiora ad suas actiones per excellentiam natu-

ralis virtutis collatæ divinitus. Unde etiam oportet in rebus humanis quod superiores movent inferiores per suam voluntatem ex vi auctoritatis divinitus ordinatæ. Movere autem per rationem, & voluntatem est præcipere.

Et ideo sicut ex ipso ordine naturali divinitus instituto inferiora in rebus naturalibus necesse habent subijci motioni superiorum; ita etiam in rebus humanis ex ordine juris naturalis, & divini tenentur inferiores suis superioribus obedire.

Ad primum ergo dicendum, quod Deus reliquit hominem in manu consilii sui, non quia licet ei facere omne quod velit, sed quia ad id quod faciendum est, (a) non cogitur necessitate naturæ, sicut creature irrationales, sed libera electione ex proprio consilio procedente: & sicut ad alia facienda debet procedere proprio consilio, ita etiam ad hoc quod obediat suis superioribus: dicit enim Greg. ult. Moral. (cap. x. parum ad princ.) quod *domini alicui voci humiliter subditur, non merito: in corde superamus.*

Ad secundum dicendum, quod divina voluntas est prima regula qua regulantur omnes rationales voluntates; cui una magis appropinquat quam alia, secundum ordinem divinitus institutum. Et ideo voluntas unius hominis præcipiētis potest esse quasi secunda regula voluntatis alterius obediētis.

Ad tertium dicendum, quod aliquid potest iudicari gratuitum dupliciter: uno modo ex parte ipsius operis, quia scilicet homo ad id non obligatur; alio modo ex parte operantis, quia scilicet libera voluntate hoc facit. Opus autem redditur virtuosum, & laudabile, & meritorium, præcipue secundum quod ex voluntate procedit. Et ideo quamvis obedire sit debitum, si prompta voluntate, aliquis obediat, non propter hoc minuitur ejus meritum, maxime apud Deum, qui non solum exteriora opera, verum etiam interiorē voluntatem videt.

ARTICULUS II.

Utrum obedientia sit specialis virtus.

II. dist. xxxv. art. 2. ad 5. & dist. xliv. quest. 11. art. 1. & Hebr. 11.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod obedientia non sit specialis virtus. Obedientiæ enim inobediētia oppositur. Sed inobediētia est generale peccatum: dicit enim Ambrosius (Lib. de parad. cap. viii. parum ante med.) quod *peccatum est inobediētia legis divini.* Ergo obedientia non est specialis virtus, sed generalis.

2. Præterea. Omnis virtus specialis aut est

lib. Op. Tem. IV.

(a) Ita nos. & editi passim. Editi. Duacensis, alique non agitur.

theologica, aut moralis. Sed obedientia non est virtus theologica, quia neque continetur sub fide, neque sub spe, neque sub caritate: similiter etiam non est virtus moralis, quia non est in medio superflui, & dimijcti: quanto enim aliquis est magis obediens, tanto magis laudatur. Ergo obedientia non est specialis virtus.

3. Præterea. Gregorius dicit ult. Moral. (cap. x. ante med.) quod *obediētia tanto magis est meritoria, & laudabilis, quanto minus habet de suo.* Sed qualibet specialis virtus tanto magis laudatur, quanto magis habet de suo: eo quod ad virtutem requiritur ut sit volens, & eligens, sicut dicitur in II. Eth. (cap. iv.) Ergo obedientia non est virtus specialis.

4. Præterea. Virtutes differunt specie secundum objecta. Objectum autem obediētiæ esse videtur superiori præceptum, quod multipliciter diversificari videtur, secundum diversos superioritatis gradus. Ergo obediētia est virtus generalis, sub se multas virtutes speciales comprehendens.

Sed contra est quod obediētia à quibusdam ponitur pars justitiæ, ut supra dictum est (quest. lxxix.)

Respondeo dicendum, quod ad omnia opera bona quæ specialem habent laudis rationem, specialis virtus determinatur: hoc enim proprie competit virtuti ut opus bonum reddat. Obedire autem superiori debitum est secundum divinum ordinem rebus inditum, ut ostensum est (art. præc.) & per consequens est bonum; cum bonum consistat in modo, specie, & ordine, ut Augustinus dicit in Lib. de natura boni (cap. 111.) Habet autem hic actus specialem rationem laudis ex speciali objecto. Cum enim inferiores suis superioribus multa debeant exhibere, inter cetera hoc est unum speciale quod tenentur eorum præceptis obedire.

Unde obediētia est specialis virtus; & ejus speciale objectum est præceptum tacitum, vel expressum: voluntas enim superioris quocumque modo innoscat, est quoddam tacitum præceptum: & tanto videtur obediētia promptior, quanto expressum præceptum obediendo prævenit, voluntate superioris intellecta.

Ad primum ergo dicendum, quod nihil prohibet, duas speciales rationes, ad quas duas speciales virtutes respiciunt, in uno & eodem materiali objecto concurrere; sicut miles defendendo castrum Regis, & implet opus fortitudinis, non refugiens mortis pericula propter bonum, & opus justitiæ, debitum servitium domino suo reddens. Sic igitur ratio præcepti quam attendit obediētia, concurrit cum actibus omnium virtutum, non tamen cum omnibus virtutum actibus, quia non omnes

B 2 actus

actus virtutum sunt in præcepto, ut supra habitum est (1. 2. quæst. xcvi. art. 3.) Similiter etiam quædam quandoque sub præcepto cadunt quæ ad nullam aliam virtutem pertinent, ut pater in his quæ non sunt mala, nisi quia prohibita. Sic ergo si obedientia proprie accipiatur, secundum quod respicit per intentionem formalem rationem præcepti, erit specialis virtus, & inobedientia peccatum speciale: secundum hoc enim ab obedientiam requiritur quod impleat aliquis actum iustitiæ, vel alterius virtutis, intendens implere præceptum; & ad inobedientiam requiritur quod actualiter contemnat (a) præceptum. Si vero obedientia large accipiatur pro executione cuiuscumque quod potest cadere sub præcepto, & inobedientia pro omissione ejusdem ex quacumque intentione, sic obedientia erit generalis virtus, & inobedientia generale peccatum.

Ad secundum dicendum, quod obedientia non est virtus theologica: non enim per se objectum ejus est Deus, sed præceptum superioris cuiuscumque, vel expressum, vel interpretativum, scilicet simplex verbum prælati ejus indicans voluntatem, cui obedit promptus obediens, secundum illud ad Tit. 1. 1. *Admonere illos, principes, & presbiteros subditos esse, disto obedire, &c.* Est autem virtus moralis, cum sit pars iustitiæ; & est medium inter superfluum, & diminutum. Attenditur autem ejus superfluum, non quidem secundum quantum, sed secundum alias circumstantias, inquantum scilicet aliquis obedit vel cui non debet, vel in quibus non debet, sicut supra de religione dictum est (quæst. xcii. art. 2.) Potest etiam dici, quod sicut in iustitia superfluum est in eo qui retinet alienum, diminutum autem in eo cui non redditur quod debetur, ut Philosophus dicit in V. Eth. (cap. iv.) ita etiam obedientia medium est inter superfluum, quod attenditur ex parte ejus qui subtrahit superiori obedientiam debitam, quia superabundat in implendo propriam voluntatem; (b) & diminutum, quod attenditur ex parte superioris, cui non obeditur. Unde secundum hoc obedientia (c) erit medium duarum malitiarum, sicut supra de iustitia dictum est (quæst. lvi. art. 10.)

Ad tertium dicendum, quod obedientia, sicut & quælibet virtus, debet habere promptam voluntatem in suum proprium objectum, non autem in id quod repugnat ei. Proprium autem objectum obedientiæ est præceptum; quod quidem ex alterius voluntate procedit. Unde obedientia reddit promptam hominis voluntatem ad implendum voluntatem alterius, scilicet præcipientis. Si autem id

(a) Ita nisi, & editi passim. Al. speciale præceptum. (b) Ita passim post Nicolaum recentiores editiones. Edit. Rom. cum nisi. diminutum autem ex parte superioris, &c. (c) Ita editi. Pat. Al. non erit.

quod ei præcipitur, sit propter se ei volitum, etiam absque ratione præcepti, sicut accidit in prosperis, jam ex propria voluntate tendit in illud, & non videtur illud implere propter præceptum, sed propter voluntatem propriam. Sed quando illud quod præcipitur, nullo modo est secundum se volitum, sed est secundum se consideratum propriæ voluntati repugnans, sicut accidit in asperis, tunc omnino manifestum est quod non impletur nisi propter præceptum. Et ideo Gregorius dicit in Lib. ult. Mor. (cap. x. ante med.) quod *obediencia que habet aliquid de suo in prosperis, est vel nulla, vel minor, quia scilicet voluntas propria non videtur principaliter tendere ad implendum præceptum, sed ad assequendum proprium volitum; in adversis autem, vel difficultibus est major, quia voluntas propria in nihil aliud tendit quam in præceptum.* Sed hoc intelligendum est secundum id quod exterius apparet. Secundum tamen Dei iudicium, qui corda rimatur, potest contingere quod etiam in prosperis obedientia aliquid de suo habens non propter hoc sit minus laudabilis, si scilicet propria voluntas obediens non minus devote tendat ad impletionem præcepti.

Ad quartum dicendum, quod reverentia directe respicit personam excellentem: & ideo secundum diversam rationem excellentiæ diversas species habet. Obedientiam vero respicit præceptum personæ excellentis: & ideo non est nisi unius rationis. Sed quia propter reverentiam personæ obedientia debetur ejus præcepto, consequens est quod obedientia hominis sit eadem specie, ex diversis tamen specie causis procedens.

TRICULUS III. 54*

Utrum obedientia sit maxima virtutum.

Philip. 11. lect. 3.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod obedientia sit maxima virtutum. Dicitur enim I. Reg. xv. 22. *Melior est obedientia quam victimæ.* Sed oblatio victimarum pertinet ad religionem, quæ est potissima inter omnes virtutes morales, ut ex supra dictis patet (quæst. lxxxi. art. 6.) Ergo obedientia est potissima inter omnes virtutes.

2. Præterea, Gregorius dicit ult. Moral. (cap. x. in princ.) quod *obediencia sola virtus est que virtutes ceteras menti inserit, insertaque custodit.* Sed causa potior est effectu. Ergo obedientia est potior omnibus virtutibus.

3. Præterea, Gregorius dicit ult. Moral.

(ibid.)

(ibid. ad princ.) quod *numquam per obedientiam malum debet fieri; aliquando autem per obedientiam bonum, quod agimus, intermiti debet.* Sed non prætermittitur aliquid nisi pro meliori. Ergo obedientia, pro qua prætermittitur bona aliarum virtutum, est virtutibus aliis melior.

Sed contra est quod obedientia habet laudem ex eo quod ex caritate procedit: dicit enim Gregorius ult. Moral. (ibid. à med.) quod *obediencia non servit metu, sed caritatis affectu servanda est, non timore pœnæ, sed amore iustitiæ.* Ergo caritas est potior virtus quam obedientia.

Respondeo dicendum, quod sicut peccatum consistit in hoc quod homo, contempto Deo, commutabilibus bonis inhæret; ita meritum virtuosi actus consistit in hoc quod homo, contemptis bonis creatis, Deo inhæret sicut fini. Finis autem potior est his quæ sunt ad finem. Si ergo bona creata propter hoc contemnantur ut Deo inhæretur, major est laus virtutis ex hoc quod Deo inhæret, quam ex hoc quod bona terrena contemnit. Et ideo illæ virtutes quibus Deo secundum se inhæret, scilicet theologicæ, sunt potiores virtutibus moralibus, quibus aliquid terrenum contemnitur, ut Deo inhæretur.

Inter virtutes autem morales tanto aliqua potior est, quanto aliquis majus aliquid contemnit, ut Deo inhæret. Sunt autem tria genera bonorum humanorum, quæ homo potest contemere propter Deum: quorum infimum sunt exteriora bona; medium autem sunt bona corporis; supremum autem sunt bona animæ: inter quæ quodammodo præcipuum est voluntas, inquantum scilicet per voluntatem homo omnibus aliis bonis utitur. Et ideo, per se loquendo, laudabilior est obedientia virtus, quæ propter Deum contemnit propriam voluntatem, quam aliæ virtutes morales, quæ propter Deum aliqua alia bona contemunt.

Unde Gregorius dicit ult. Moral. (loc. sup. cit.) quod *obediencia victimis jure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur.* Unde etiam quæcumque alia virtutum, opera ex hoc meritoria sunt apud Deum quod fiunt ut obediatur voluntati divinæ. Nam si quis etiam martyrium sustineret, vel omnia sua pauperibus erogaret, nisi hæc ordinaret ad impletionem divinæ voluntatis, quod directe ad obedientiam pertinet, meritoria esse non possent; sicut nec si fierent sine caritate, quæ sine obedientia esse non potest: dicitur enim I. Joan. 11. 4. quod *non qui dicit se nosse Deum, & mandata ejus non custodit, mendax est. qui autem servat verba ejus, vere in hoc caritas Dei perfecta est.* Et

hoc ideo est, quia amicitia facit idem velle, & nolle.

Ad primum ergo dicendum, quod obedientia procedit ex reverentia, quæ exhibet cultum, & honorem superiori: & quantum ad hoc sub diversis virtutibus continetur; licet secundum se considerata, prout respicit rationem præcepti, sit una specialis virtus. Inquantum ergo procedit, ex reverentia prælatorum, continetur quodammodo sub observantia; inquantum vero procedit ex reverentia parentum, sub pietate; inquantum vero procedit ex reverentia Dei, sub religione; & pertinet ad devotionem, quæ est principalis actus religionis. Unde secundum hoc laudabilis est obedire Deo quam sacrificium offerre: & etiam quia in sacrificio immolatur aliena caro, per obedientiam autem propria voluntas, ut Gregorius dicit (loc. sup. cit.) Specialiter tamen in casu in quo loquebatur Samuel, melius fuisset Sauli obedire Deo, quam animalia pingua Amalecitarum in sacrificium offerre contra Dei mandatum.

Ad secundum dicendum, quod ad obedientiam pertinent omnes actus virtutum, prout sunt in præcepto. Inquantum ergo actus virtutum operantur causaliter, vel dispositive ad earum generationem, & conservationem, inquantum dicitur, quod obedientia omnes virtutes menti inserit, & custodit. Nec tamen sequitur quod obedientia sit simpliciter omnibus virtutibus prior, propter duo. Primo quia licet actus virtutis cadat sub præcepto, potest tamen aliquis implere actum virtutis, non attendens ad rationem præcepti: unde si aliqua virtus sit cuius objectum sit naturaliter prius quam præceptum, illa virtus dicitur naturaliter prior quam obedientia; ut patet de fide, per quam nobis divinæ auctoritatis sublimitas innoscitur, ex qua competit ei potestas præcipiendi. Secundo quia infuso gratiæ, & virtutum potest præcedere etiam tempore omnem actum virtuosum: & secundum hoc neque tempore, neque natura est obedientia omnibus aliis virtutibus prior.

Ad tertium dicendum, quod duplex est bonum. Quoddam, ad quod faciendum homo ex necessitate tenetur, sicut amare Deum, vel aliquid iustissimi; & tale bonum nullo modo debet propter obedientiam prætermitti. Est autem aliud bonum, ad quod homo non tenetur ex necessitate, & tale bonum debet homo quandoque propter obedientiam prætermitti; ad quam ex necessitate homo tenetur: quia non debet homo aliquid bonum facere culpam incurrendo: & tamen, sicut ibidem Gregorius dicit, *qui ab iniquis bono subiectus vetat, necesse est ut multa concedat.*

ne obedientis mens funditur intereat, si à bonis omnibus repulsa pariter sejunct. Et sic per obedientiam, (a) & alia bona potest damnum unius boni recompenfari.

ARTICULUS IV. 549

Utrum in omnibus fit Deo obediendum.

Inf. art. 5. cor. 2. & ad 2. & quæst. CLIV. art. 2. ad 2. & II. dist. XLIV. in exp. lit. ad 7.

AD quantum sic proceditur. Videtur quod non in omnibus fit Deo obediendum. Dicitur enim Matth. ix. 30. quod Dominus duobus cæcis curatis dicens: *Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes diffamaverunt eum per totam terram illam.* Nec tamen ex hoc culpantur. Ergo videtur quod non teneamur in omnibus obedire Deo.

2. Præterea. Nullus tenetur aliquid facere contra virtutem. Sed inventiuntur quædam præcepta Dei contra virtutem; sicut præceptum Abrahe ut occideret filium innocentem, ut habetur Gen. xxi. & Judæis, ut furarentur res Ægyptiorum, ut habetur Exod. xi. quæ sunt contra justitiam; & Osee, quod acciperet mulierem adulteram, quod est contra castitatem. Ergo non in omnibus est obediendum Deo.

3. Præterea. Quicumque obedit Deo, conformat voluntatem suam voluntati divinæ etiam in volitis. Sed non quantum ad omnia tenemur conformare voluntatem nostram voluntati divinæ in volitis, ut supra habitum est (1. 2. quæst. xix. art. 10.) Ergo non in omnibus tenetur homo Deo obedire.

Sed contra est quod dicitur Exod. xxiv. 7. *Omnia, quæcumque locutus est Dominus, faciatis illi, & erimini obedientes.*

Respondetur dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. 1. huj. quæst.) ille qui obedit, movetur per imperium ejus cui obedit, sicut res naturales moventur per suos motores. Sicut autem Deus est primus motor omnium quæ naturaliter moventur, ita etiam est primus motor omnium voluntatum, ut ex supra dictis patet (1. 2. quæst. ix. art. 6.)

Et ideo sicut naturali necessitate omnia naturalia subduntur divinæ motioni; ita etiam quadam necessitate justitiæ omnes voluntates tenentur obedire divino imperio.

Ad primum ergo dicendum, quod Dominus cæcis dixit, ut miraculum occultarent, non quasi intendens eos per virtutem divini præcepti obligare; sed sicut Gregorius dicit XIX. Moral. (cap. xv. parum à princ.) *servis suis esse sequentibus exemplum dedit, ut ipsi*

(a) Ita communiter, Cod. Alcan. & tassa.

quidem virtutes suas occultari desiderant, & tamen ut alii eorum exemplo proficiant, prædantur invidi.

Ad secundum dicendum, quod sicut Deus nihil operatur contra naturam, quia hoc est natura uniuscujusque rei quod in ea Deus operatur, ut habetur in Glossa ad Rom. xi. (ex Augustino Lib. XX. cont. Faust. cap. 111.) operatur tamen aliquid contra solum cursum naturæ; ita etiam nihil Deus potest præcipere contra virtutem; quia in hoc principaliter consistit virtus; & reditudo voluntatis humanæ quod Dei voluntati conformetur, & ejus sequatur imperium, quamvis sit contra consuetudinem virtutis modum. Secundum hoc ergo præceptum Abrahe factum, quod filium innocentem occideret, non fuit contra justitiam; quia Deus est auctor mortis, & vitæ. Similiter nec fuit contra justitiam quod mandavit Judæis ut res Ægyptiorum acciperent; quia ejus sunt omnia, & cui voluerit, dat illa. Similiter etiam non fuit contra castitatem præceptum Osee factum ut mulierem adulteram acciperet; quia ipse Deus est humanæ generationis ordinator, & ille est debitus modus mulieribus utendi quem Deus instituit. Unde patet quod prædicti nec obediendo Deo, nec obedire volendo peccaverunt.

Ad tertium dicendum, quod etsi non semper tenetur homo velle quod Deus vult, semper tamen tenetur velle quod Deus vult eum velle; & hoc homini præcipue innotebit per præceptum divinum; & ideo tenetur homo in omnibus divinis præceptis obedire.

ARTICULUS V. 550

Utrum subditi teneantur suis superioribus in omnibus obedire.

Sup. quæst. LXXI. art. 3. ad 1. & inf. quæst. CLXXXI. art. 2. cor. & dist. xxv. quæst. 11. art. 1. quæst. 4. ad 3. & Rom. xii. lect. 4. fin.

AD quantum sic proceditur. Videtur quod subditi teneantur suis superioribus in omnibus obedire. Dicit enim Apostolus ad Coloss. 111. 20. *Filii obedite parentibus per omnia;* & postea subdit: *Servi obedite per omnia dominis carnalibus.* Ergo eadem ratione alii subditi debent prælati suis in omnibus obedire.

2. Præterea. Prælati sunt inter Deum & subditos, secundum illud Deuter. v. 5. *Ego sequer, & medius fui inter Deum & vos in tempore illo, ut annuntiarem vobis verba ejus.* Sed ab extremo in extremum non pervenitur nisi per medium. Ergo præcepta prælati sunt reputanda tanquam præcepta Dei unde, &

Apostolus dicit ad Gal. 11. 14. *Sicut Angelum Dei exceperitis me, sicut Christum Jesum;* & I. ad Thels. 11. 13. *Cum exceperitis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed, sicut vere est, verbum Dei.* Ergo sicut homo debet Deo obedire in omnibus, ita & prælati.

3. Præterea. Sicut Religiosi proficundo veniunt castitatem, & paupertatem, ita & obedientiam. Sed religiosus tenetur quantum ad omnia servare castitatem, & paupertatem. Ergo similiter quantum ad omnia tenetur obedire.

Sed contra est quod dicitur Act. v. 29. *Obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Sed quandoque præcepta prælatorum sunt contra Deum. Ergo non in omnibus prælati est obediendum.

Respondetur dicendum, quod, sicut dictum est (art. 1. & 4. huj. quæst.) obediens movetur ad imperium præcipientis quadam necessitate justitiæ; sicut res naturalis movetur ex virtute sui motoris necessitate naturæ.

Quod autem aliqua res naturalis non moveatur à suo motore, potest contingere dupliciter: uno modo propter impedimentum quod provenit ex fortiori virtute alterius moventis; sicut lignum non comburitur ab igne, si fortior vis aquæ impediatur; alio modo ex defectu ordinis mobilis ad motorem quia est subiectum ejus actioni quantum ad aliquid; non tamen quantum ad omnia; sicut humor quandoque subiectum actioni caloris quantum ad calefieri, non tamen quantum ad exsiccari, sive consumi.

Similiter ex duobus potest contingere quod subditus suo superiori non teneatur in omnibus obedire. Uno modo propter præceptum majoris potestatis. Ut enim Rom. xi. 11. super illud *Qui præfati resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt*, dicit Glossa (ord. Augustini serm. vi. de verb. Dom. cap. 8.) *si quid iusserit, curato, numquid est tibi faciendum, si contra Procofulem jubeat? Rursus si quid Proculus jubeat, & aliud Imperator, numquid dubitatur, illo contempto, isti esse servandum? Ergo si aliud Imperator, aliud Deus jubeat, contempto illo, obtemperandum est Deo.* Alio modo non tenetur inferior suo superiori obedire, si ei aliquid præcipiat in quo ei non subdat. Dicit enim Seneca in III. de beneficiis (cap. xx. in princip.) *Errat, si quis existimat servitutem in totum hominem descendere; pari enim melior excepta est; corpora divitiis sunt, & adscripta dominis, menti quidem est sui juris.* Et ideo in his quæ pertinent ad interiore motum voluntatis, homo non tenetur homini obedire, sed solum Deo.

Tenetur autem homo homini obedire in his quæ exterius per corpus sunt agenda; in quibus

tamen secundum ea quæ ad naturam corporis pertinent, homo homini obedire non tenetur, sed solum Deo; quia omnes homines natura sunt pares; puta in his quæ pertinent ad corporis sustentationem, & prolis generationem. Unde non tenentur nec servi dominis, nec filii parentibus obedire de matrimonio contrahendo, vel virginitate servanda, aut aliquo alio hujusmodi. Sed in his quæ pertinent ad dispositionem actuum, & rerum humanarum, tenentur subditis suo superiori obedire secundum rationem superioritatis; sicut miles duci exercitus in his quæ pertinent ad bellum, servus domino in his quæ pertinent ad servilia opera exequenda; filius patri in his quæ pertinent ad disciplinam vitæ, & curam domesticam; & sic de aliis.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc quod Apostolus dicit, intelligendum est per omnia quantum ad illa quæ pertinent ad jus patriæ, vel dominativæ potestatis.

Ad secundum dicendum, quod Deo subiectur homo simpliciter quantum ad omnia & interiora, & exteriora; & ideo in omnibus ei obedire tenetur. Subditi autem non subduntur suis superioribus quantum ad omnia, sed quantum ad aliqua determinate; & quantum ad illa media sunt inter Deum, & subditos; quantum ad alia vero immediate subduntur Deo, à quo instruuntur per legem naturalem, vel scriptam.

Ad tertium dicendum, quod religiosi obedientiam proficuntur quantum ad regularem conversationem, secundum quam suis prælati subduntur; & ideo quantum ad illa sola obedire tenentur quæ possunt ad regularem conversationem pertinere; & hæc est obedientia sufficiens ad salutem. Si autem etiam in aliis obedire voluerint, hoc pertinebit ad cumulum perfectionis; dum tamen illa non sunt contra Deum, aut contra professionem regulæ, quia talis obedientia est illicita. Sic ergo potest triplex obedientia distingui: una sufficiens ad salutem, quæ scilicet obedit in his ad quæ obligatur; alia perfecta, quæ obedit in omnibus licitis; alia indiscreta, quæ etiam in illicitis obedit.

ARTICULUS VI. 551

Utrum Christiani teneantur secularibus potestatibus obedire.

II. dist. XLIV. quæst. 2. art. 2. & quodl. 11. art. 9. corp.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod Christiani non teneantur secularibus potestatibus obedire. Quia super illud Matth. xv. 11. *Ergo liberi sunt filii*, dicit Glossa (ord. Au-

Augustini Lib. I. Q. Evang. (cap. xxii.)
 Si in quolibet regno filii illius Regis, qui re-
 gno illi præferunt, sunt liberi, tunc filii Re-
 gis illius, cui omnia regna subduntur, in
 quolibet regno liberi esse debent. Sed
 Christiani, per fidem Christi facti sunt filii
 Dei, secundum illud Joan. 1. 12. *Dedit eis potes-
 tatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine
 ejus.* Ergo non tenentur potestatibus seculari-
 bus obedire.

Præterea. Ad Rom. vii. 4. dicitur:
Mortificasti estis legi per corpus Christi. & loquitur
 de lege divinitatis veteris Testamenti. Sed mi-
 nor est lex humana, per quam homines secu-
 laribus potestatibus subduntur, quam lex di-
 vina veteris Testamenti. Ergo multo magis ho-
 mines, per hoc quod sunt facti membra corpo-
 ris Christi, liberantur à lege subjectionis, qua
 secularibus Principibus obstringebantur.

Præterea. Latronibus, qui per violentiam
 opprimunt, homines obedire non tenentur.
 Sed Augustinus dicit in IV. de civ. Dei
 (cap. xv. in prince.) *Remota justitia, quid sunt
 Regna, nisi una vastitas?* Cum ergo domini
 Principum secularium plerumque cum injustitia
 exerceantur, vel ab aliqua injusta usurpatione
 principum sumpti sunt, videtur quod non sit
 Principibus secularibus obediendum à
 Christianis.

Sed contra est quod dicitur ad Tit. 1. 11.
 1. *Admone filios, Principibus, & potestatibus sub-
 ditos esse.* & I. Pet. 1. 13. *Subjuncti estote omni
 humane creature, propter Deum, sive Regi, quasi
 præcellentem, sive ducibus tamquam ab eo missis.*

Respondeo dicendum, quod fides Christi
 est justitia principum, & causa, secundum
 illud Rom. 1. 11. 22. *Justitia Dei per fidem Jesu
 Christi.* & ideo per fidem Jesu Christi non tol-
 litur ordo justitiæ, sed magis firmatur. Ordo
 autem justitiæ requirit ut inferiores suis supe-
 rioribus obediant: aliter enim non posset hu-
 manarum rerum status conservari.

Et ideo per fidem Christi non excusantur
 fideles quin Principibus secularibus obedire te-
 neantur.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut
 supra dictum est (art. præc.) servitus, qua
 homo homini subjicitur, ad corpus pertinet,
 non ad animam, qua libera manet. Nunc au-
 tem in statu hujus vite per gratiam Christi li-
 beramur à defectibus animæ, non autem à de-
 fectibus corporis, ut patet per Apostolum
 Rom. vii. 23. qui dicit de seipso, quod *me-
 te servit legi Dei, carne autem legi peccati.* Et
 ideo illi qui sunt filii Dei per gratiam, liberi
 sunt à spirituali servitute peccati, non autem
 à servitute corporali, qua temporalibus domi-
 nis tenentur adstricti, ut dicit Glossa (ordin.)
 super illud I. ad Timoth. vi. *Quicumque sunt
 sub iugo servi &c.*

Ad secundum dicendum, quod lex vetus fuit
 figura novi Testamenti: & ideo debuit cessare
 veritate veniente. Non autem est simile de lege
 humana, per quam homo subjicitur homini:
 & tamen etiam ex lege divina homo tenetur
 homini obedire.

Ad tertium dicendum, quod Principibus
 secularibus tantum homo obediere tenetur,
 in quantum ordo justitiæ requirit. Et ideo si
 non habeant justum principatum, sed usurpa-
 tum, vel si injusta precipiant, non tenentur
 eis subditi obedire; nisi forte, per accidens,
 propter vitandum scandalum, vel periculum.

QUÆSTIO CV.

De inobedientia, in qua moritur.

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

caritati, per quam est spiritualis vita. Carita-
 tem autem diligitur Deus, & proximus. Exigit
 autem caritas Dei ut ejus mandatis obediat, ut
 supra dictum est (quæst. xxiv. art. 12.)
 Et ideo inobedientem esse divinis præceptis est
 peccatum mortale, quasi divina dilectioni con-
 trarium.

In præceptis autem divinis continetur quod
 etiam superioribus obedatur. Et ideo etiam
 inobedientia, qua quis inobediens est præcep-
 tis superiorum, est peccatum mortale, quasi
 divine dilectioni contrarium, secundum illud
 ad Rom. xii. 2. *Qui præcipiati resistis, Dei or-
 dinationi resistis.* Contrariatur insuper dilectio-
 ni proximi, in quantum superiori proximo sub-
 trahit obedientiam quam ei debet.

Ad primum ergo dicendum, quod illa des-
 tinatio Ambrosii datur de peccato mortali,
 quod habet perfectam peccati rationem. Pec-
 catum autem veniale non est inobedientia:
 quia non est contra præceptum, sed præter
 præceptum. Nec etiam omne peccatum mor-
 tale est inobedientia, proprie & per se loquen-
 do, sed solum tunc quando alquis præceptum
 contemnit: quia ex fine morales actus speciem
 habent. Cum autem facti aliquid contra
 præceptum, non propter præcepti contemp-
 tum, sed propter aliquid aliud, est inobedi-
 entia materialiter tantum, sed pertinet formaliter
 ad aliam speciem peccati.

Ad secundum dicendum, quod inanis
 gloria appetit manifestationem alicujus excellen-
 tiæ. Et quia videtur ad quandam excellen-
 tiam pertinere quod homo præceptis alterius
 non subdat, inde est quod inobedientia ex
 inani gloria oritur. Nihil autem prohibet ex
 peccato veniali oriri mortale: cum veniale sit
 dispositio ad mortale.

Ad tertium dicendum, quod nullus obli-
 gatur ad impossibile: & ideo si tot præcepta
 prelati aliquis ingerat, seu injungat, quod
 subditus ea implere non possit, excusatur à
 peccato. Et ideo prelati abstinere debent à
 multitudine præceptorum.

ARTICULUS II.

Utrum inobedientia sit gravissimum peccatum.

Opus, LXIV. cap. xi. & Heb. iii. 12. 2. in
 hoc opus est in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:
 Et primo in hunc articulum dicitur:

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod
 inobedientia sit gravissimum peccatum.
 Dicitur enim I. Reg. xv. 23. *Quasi peccatum
 visitandi est repugnare, & quasi scelus idololatricæ
 nolle acquiescere.* Sed idololatricæ est gravissimum
 peccatum, ut supra habitum est (quæst. xciv.
 s. Tho. Op. Tom. IV.

(a) Ita post Theologus edit. omnes. Veteres edit. cum cod. Alcan. aliique secundum diversos: & non
 peccatum pro præceptorum.

art. 3.) Ergo inobedientia est gravissimum
 peccatum.

Præterea. Illud peccatum dicitur esse in
 Spiritum Sanctum per quod tolluntur impedi-
 menta peccati, ut supra dictum est (quæst.
 xlv. art. 2.) Sed per inobedientiam contem-
 nitur homo præceptum, quod maxime retrahit
 hominem à peccando. Ergo inobedientia est
 peccatum in Spiritum Sanctum; & ita est gra-
 vissimum peccatum.

Præterea. Apostolus dicit ad Rom. v.
 19. *quod per unius inobedientiam peccatores mul-
 ti constituti sunt.* Sed causa videtur esse potior
 effectui. Ergo inobedientia videtur esse gravior
 peccatum quam alia quæ ex ea causantur.

Sed contra est quod gravior est contemne-
 re præceptum quam præceptum. Sed qua-
 dam peccata sunt contra ipsam personam præ-
 cipientis, sicut paret de blasphemia, & homici-
 dio. Ergo inobedientia non est gravissimum
 peccatum.

Respondeo dicendum, quod non omnis
 inobedientia est quale peccatum. Potest enim
 una inobedientia esse gravior altera dupliciter.
 Uno modo ex parte præcipientis. Quamvis
 enim omnem curam homo apponeat debeat ad
 hoc quod cuilibet superiori obediat; tamen
 magis est debitum quod homo obediat superiori
 quam inferiori potestati: cujus signum est
 quod præceptum inferioris prætermittitur, si
 sit præcepto superioris contrarium. Unde con-
 sequens est quod quanto superior est ille qui
 præcipit, tanto est inobedientem esse sit gravior.
 Et sic inobedientem esse Deo est gravior quam
 inobedientem esse homini.

Secundo ex parte præceptorum. Non enim
 præcipiens æqualiter vult impleri omnia quæ
 mandat. Magis enim uniusquisque præcipiens
 vult finem, & id quod est fini propinquius.
 Et ideo tanto est inobedientia gravior, quan-
 to præceptum quod quis præterit, magis est
 de intentione illius qui præcipit. Et in præcep-
 tis quidem Dei manifestum est quod quanto
 præceptum datur de meliori, tanto est ejus
 inobedientia gravior: quia cum voluntas Dei
 per se feratur ad bonum, quanto aliquid est
 melius, tanto Deus vult illud magis impleri.
 Unde qui inobediens est precepto de dilectio-
 ne Dei, gravior peccat, quam qui inobe-
 diens est precepto de dilectione proximi. Vo-
 luntas autem hominis non semper magis fer-
 tur in melius: & ideo ubi obligatur ex solo
 hominis precepto, non est gravior peccatum
 ex eo quod majus bonum præteritur, sed ex
 eo quod præteritur illud quod est magis de in-
 tentione præcipientis.

Sic ergo oportet (a) diversitas inobedi-
 entia

(a) Ita post Theologus edit. omnes. Veteres edit. cum cod. Alcan. aliique secundum diversos: & non
 peccatum pro præceptorum.